



I N

Ornatissimi, Doctissimi Expertissimiq; Domini,

**IOANNIS HARTMANNI
BEYERI, MOENOFRANCOFVR-**

TENSIVM ARCHIATRI ORDINARIJ, ET

**insignis Mathematici, Conome-
triam Mauritianam**

E P I C I N I V M.

Rerum natura trahimur cognoscere causas,
 Vt fuit inuicti lingua locuta Sophi.
 Et cupidus variæ quisquis festinat ad artis,
 Profectus, genio non remorante suo.
 Sed quoniam discrimen habet doctrina triforme
 Omnis, ab humanis sensibus apta capi:
 Nostratesque animos tenebris sopor altus inumbret,
 Lubrica, quæ primi culpa parentis erat.
 Siciuxta vatis: non omnia possumus omnes,
 Eligit in placida quilibet arte modum.
 Naturæ studet ille sagax dignoscere quicquid
 Inferior mundi machina vasta capit.
 Hic percontatur quid Spiritus, angelus, ensque,
 Rimatur nullum quod graue pondus habet,
 Sicalius fatur; medium tenuere beati,
 Quod petis, in medio tutus adibis, iter.
 Huicque opus est vnum vigili perdiscere cura
 Artem de Mathesi nomen adepta tenens,

Hæc